



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Curio. Capvt XLVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

ria, & gratulatione solemniter prosequuta est. Quid hac eloquentia magnificentius?

atque hæc de incestu oratio, puerilis est locis multus, de amore, de tormentis, de rumore, loci sane inanes, verantamen nondum tritis nostrorum hominum auribus, nec erudita civitate tolerabiles.

Servius Galba.

N. N.

CAPVT XLV.

Galba oratoris ingenium. In veritas in dicitur, & oratoris ut furor.

Signum quod servus dicitur ut Herodoti, & Marcellini verbo utatur.

VT in Laelio elegantia, maiestas in Scipione, sic vis in Servio Galba mirabilis extitit. Testis illa nobilissima causa, quam profocijs gravissime, vehementissimeque egit, in qua unum quasi comprehenderit, medium diem totum in consideranda causa componendaque posuit: & cum cognitionis dies esset, & Rutilius rogatu sociorum, domum ad Galbam manè venisset, ut cum admoneret, & ad dicendi tempus adduceret, usque ille quoad eununtiaturum esset, cōsules descendisse, omnibus exclusis commentatus est in quadam testudine cum servis literatis, quibus aliud dicere eodem tempore solitus erat. Interim cum eununtiaturum esset tempus esse, exiisse in aedes ferunt eo colore, & ijs oculis, ut egisset causam non commentatum putares. Addebant scriptores illos malè mulctatos exiisse cū Galba, ex quo significabatur illum, non in agendo solum; sed etiam in meditando vehementem, atque incensum fuisse. Itaque eum fortasse vis, non ingenij solum, sed etiam animi naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebatque, ut incitata, & gravis, & vehementem esset oratio. Dein cum otiosus stylum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam vetus hominem defecerat, hæcescebat oratio. Cicero in Bruto.

a. Itaque plerumque admirationi fuerunt apud veteres, quæ hominibus ad elegantiora certatim defluentibus sunt contempti, nescio quid maius nascitur Iliade.

Tiberius Gracchus, & Caius Carbo.

CAPVT XLV II.

VT inam in Tiberio Graccho, Caiusque Carbone, talis mens ad temp. bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit. Profecto nemo his viris gloria præstitisset, sed eorum alter propter turbulentissimum tribunatum (ad quem ex invidia fœderis numantini bonis iratus accesserat) ab ipsa rep. est interfectus. Alter propter perpetuam in populari ratione lenitatem morte voluntaria, se à severitate iudicum vindicavit. Sed fuit uterque summus orator, atque hoc memoriâ patrū teste dicimus. Nam & Carbonis, & Gracchi habemus orationes nondum satis splendidas verbis, sed acutas, prudentiaque plenissimas. Fuit Gracchus diligentia Corneliae matris: à puero doctus, & Gracis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos ex Gracia magistros, inter eos iam adolescens Diophantem Mityleneum Græciæ temporibus illis disertissimum: sed & breve tempus ingenij augendi, & declarandi fuit.

N. N.

a. Notat Plutarchus in Gracchiæ tum fuisse μετασηματινῶν, ἐπιγῶν οὐκ ἴστων, ἰδὲ τῆς λέξεως ἡδὲ δὲ πρὸς, καὶ διαπερικνητὸν ἀπὸ τῆς Σελάνου & mitem in miseratione excitanda summum artificem, ditione suavem, purum, & exquisitè elaboratum.

Curio.

CAPVT XLVI.

Ciceronis iam viri de maiore Curione iudicium.

CVRIO fuit eiusdem ætatis ferè, sanè illustri orator, cuius de ingenio, ex orationibus eius existimari potest. Sunt enim, & alia, & pro Servio Fulvio de incestu nobilis oratio, nobis quidem pueris, hæc omnium optima putabantur, quæ vix iam comparent in hac turba a novorum voluminum (addit)

Caius